

## Bibliographische Daten

Titel: Post Funera Virtus Nobilissimi atque Praestrenui Dn. Johannis  
Jodoci Schmidmaiers ab & in Schwartzzenbrugk /[et]c. Patr.  
Norimberg.  
Ersteller: Johann Paul Felwinger  
Signatur: 1 an Will. II. 1085. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

publica oratione Vobis gratulari: idq; meritò. Verùm DEO  
*Nobilissimum hunc Schmidtmajerum* olim nostrum, è con-  
fortio pessimorum hominum, & ex hujus mundi, malorumq;  
sentina, piensissimam animam evocare & liberare, Sanctissi-  
morum contra Angelorum choro affociare, & cœlo, ubi sem-  
piterna gaudia & quies, inmittere visum fuit. Nobis divina vo-  
luntas tantum Patronum subtraxit, forsàn, quòd non satis  
grati semper & in Deum & in illum extiterimus. Ne igitur  
Universitati nostræ quis objiciat, quod olim Patriæ suæ  
Publ. Scipio Africanus, Ingrata patria, ne ossa quidem mea  
haves, referente Val. Max. nostrum erit pro exhibitis tam  
multis, maximisq; beneficiis, gratiam illam Tibi referre, quam  
ubiq; Sapientes summam esse judicarunt, memoriam vide-  
licet gratam & literis immortalitati consecratam; verissimum  
enim est, nihil cum literarum honore, nihil cum scriptorum  
monumentis æquiparari posse, neque debere. Nos quidem  
minimè latet pessima omnium seculorum detestanda con-  
suetudo, qua Viri de Republica Literaria bene merentissimi  
pro pluribus beneficiis levissimam gratiam, imò nullam à  
vulgo accipere & aliquando quoque malè audire solent. Me-  
lior mens nobis est, A. erga piè defunctum, à quo tot, tan-  
tisq; beneficiis affecti sumus. Hujus virtutes in ipsius peren-  
nantem laudem & gloriam simplici quidem stylo animus jam  
est describere, ut omnes & singuli quasi in brevi tabella non  
tantum conspiciant, quàm laudabilem omniumq; imitatione  
dignam in his terris peregerit vitam; sed omnibus quoque  
constet nostra in illum debita gratitudo. Nolite tamen A.  
honoratissimi, offendi, quod dixi, me simplici stylo, eximias  
atque præstantissimas Nobilissimi *Schmidtmajeri*, Patroni  
olim nostri Maximi, virtutes descripturum: Equidem non  
ignoro, virtutes ipsius tantè eminentiæ fuisse, ut nihil humile,  
multò minùs aliquod abruptum ex trivio dicendi genus ad-  
mittere, sed illustrem & sublimem orationem postulare vide-  
antur: ut non aliam nisi Pericleam vocem, Demosthenicam

Liv. l. 38. c. 2.  
53. 54. & 56.

l. 5. c. 3.